HIERONYMUS
um 836/859 Seite 120r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



posuimus per anticipationē quae grece.
ΠΡΟΛΗΜΣΙΣ appellatur iuxta illut uirgilia
nū lauinaque uenit litora. non quo eo tem
pore quando uenit aeneas in latium labinia
dicerentur sed quae post ea labinia nuncupa
tas ut manifestior locus fieret lectoris intelle
gentiae, et effundam in quid indignationem
meā sup SAIN quā nos in pelusium uertimus.
et robur appellatur aegypti eo qd portum
habeat utissimū. et negotiationis maris ubi
uel maxime exerceantur. unde et poeta pelu
siacam appellat lentem non quo ibi genus hoc
leguminis gignatur uel maxime sed quod et
hebat de et omā aegypto per riuum nili illuc
plurimū deferatur, et interficiā ait multitu
dinem alexandriae quae rursū in hebreo po
sita est NO pro qua nequaquā dios polim ut
supra sed memphin LXX. transtulerūt et ut os
tendat populosamiā illo tempore fuisse
urbem perdam ait multitudinem dnō et
dabo ignē hoc ē. regem babylonis in egypto.
qui instar ignis cuncta populetur quasi par
turiens dolebit SAIN idest pelusiū siuetur